

Universitätsbibliothek Paderborn

De Vetere Clerico, Monacho, Clerico-Monacho, Libri Tres

Primus veterem habitum: Secundus conuictum ac disciplinam: Tertius honores ac priuilegia describit

De Clerici, Monachi Vetere Institvto. Liber Primvs - Distinctus in tres Partes. In quibus, praeter veterem eorum habitu[m], multa quoque inserta de veste veterum laicorum. Breuiterq[ue] explicata singulorum origo, & antiquitas.

Landmeter, Laurentius

Lovanii, 1626

Cap. IV. Diluuntur obiectiunculæ, contra nuda veterum capita.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11007

ET MONACHORVM HABITV. 13
pilleis vterentur, tam in palatio, quam in
agris.

C A P V T IV.

Diluuntur obiecti uncula, contra nudavete-
rum capita.

Slobijcias, etiam apud veteres consue-
tudinem habuisse, vt si quis honorata-
tiori occurreret caput aperiret.

Respōdeo. Indē non inferri vsum pillei.
Docet Plutarchus in Caussis, cuius hæc
verba: *Romanis sic cui obuiam facti, cui honorabendus; si forte caput iniecit à veste rectum habeant, id reuelant. En capit is omnis tectio, en apertio quæ Roma* (inquit Lipsius.) *Laciniam nimirum togæ in caput sape reiiciebat contrà ventum aut aestum, eamque detrahebant, in honorati alicuius occursu.* Nec solius honoris caußâ id factitatum, sed etiam valetudinis, auctor est Plinius. *Caput* Hist. nat. tur. l. 28. c. 6. *aperiri* (inquit) *aspectu magistratum, non* *venerationis caußâ maiores iussere, sed, ut Varro auctor est, valetudinis: quò firmiora*

B 3

con-

14 DE VETERE CLERICORVM

sicuton. consuetudine fierent. Vnde Iulius Cæsar (cuius
 agitudo ex militiae laboribus remedium
 quæstitum est, (teste Plutarcho) in agmine
 anteibat detecto capite, siue Sol, siue imber
 Capitol. esset. Et Adrianus Imperator, publicè &
 priuatim, in patriâ & peregrè, in æstu &
 frigore, ac demum quavis cæli intempe-
 rie, semper nudo capite . Vt etiam Al-
 Dio Cas-
 suss. pes, & Gallicas, niues, & Aegypti calo-
 res intecto capite pertulerit . Taceo Re-
 gem Massinissam cui ad longissimam æ-
 tatem nihil obfuit , sed verius profuit,
 torridos Africæ æstus intecto capite su-
 stinuisse. Ac retulit Herodotus, In eo præ-
 Lib. 3. lo quo Cambyses rex, Psammenitum Re-
 gem Egypti superauit, oīa eorum qui acie
 ceciderant cum iacerent fusa, ut ab initio
 distincta fuerant, sursum erant Persarum,
 deorsum Aegyptiorum. Sed Persarum ca-
 pita adeò fragilia, ut si velles ferire, vel so-
 lo calculo perforare posses: Aegyptiorum au-
 tem firma, ut ea vix ictu lapidis elideres.
 Cuius causa hac erat, quod Aegyptij statim
 à pueris capita radere inciperent , & osca-
 pitis

EIT MONACHORVM HABITV 15
pitis ad Solem durarent. quæ eadem cauſa
erat non caluſcendi. At Persis fragilia
capita fuſſe, quod à primâ infantia ca-
pita operirent, gestantes pilleos tiaras-
que.

Quid ergò (inquieris) si ad capitis ro-
bur conduceit eius apertio, Hippocra-
tes medicorum Princeps in veteribus i-
maginibus pingitur pilleatus? Aliqui di-
xerunt id factum decoris gratiâ, quod
eslet caluus. Aliqui retulerunt ad ca-
pitis imbecillitatem. Alij ad mysterium.
Nimirum quod Principem animæ ra-
tionabilis sedem, oportet esse probè
munitam: Alij signum amantis peregri-
nationes volunt. Alij quod scripta eius
obscura. Denique sunt qui adſirmant,
quod in administratione rerum geren-
darum, ne quid à circumfluo pallio ma-
nus ipsi impedirentur, id ipsum compli-
catum in caput reiſcere confueuisse.

Erunt qui pergent obijcere pilleos
libertorum, & ex eis adſtrucent ſolos
ſeruos fuſſe in nudo capite. Ad quid e-
nim,

*Soranus
Cous in
eius vita.*



16 DE VETERE CLERICORVM
nim, cum ad libertatem etiam ad pilleum
vocabantur, nisi quia liberi homines in
pilleis erant? Sed obvia est responsio, id fa-
ctitatum tuendi capit is causa, iam recens
rasi. Seruis enim cum emancipabantur,
capita radi consuuisse, in confessio est.

C A P V T V.

*Non satis constare quando in Clero ceperit u-
sus Pilleorum quadratorum.*

Chron.
Leod.
tom. 1.
MANEAT igitur certam firmumque,
Veteribus & primis Clericis, non
fuisse pilleorum usum. Quando-nam verò
ceperit præsertim pilleorum quadratorū,
mihi huc usque ignoratū. Sanè anno Do-
mini nongentesimo septuagesimo primo
Clerici Leodienses pilleati erant. Docet
stratagema B. Notgeri Episcopi, qui Ca-
strum Capri-montis ciuitati infestum de-
leturus, & in hunc finem milites sub Cle-
ricorum habitu occultaturus; inter cæte-
ra, *Laicalem comam pilleis laneis celavit.* Si
enim erant tunc pillei Clericis insolentes,
res